



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

De Sacramentis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

infractor sacrosanctis Conciliis injurius con- Sæcul. XVI.
digna per suos Superiores animadversione A. C. 1528.
pleditatur.

De Sacramentis.

Decretum nonum de arguento agens
damnat eos , qui eorum numerum
diminuunt, aut illa gratiam conferendi
virtutem non habere affirmant. Postea
ad singula descendens de Baptismo in-
quit , *per hoc lavacrum regenerationis Spi-
ritus sancti, quem effudit in nos abunde per
Iesum Christum, justificati gratia ipsius, hæ-
redes sumus secundum spem vitæ æternæ.*
De Sacramento Ordinis docet, quod Chri-
stus quosdam Sacerdotes & Ministros
Christi constituat, proin & cum impositio-
ne manuum gratiam conferat. De Sacra-
mento Eucharistiae inquit, quod realiter
verum corpus , & verum Christi sanguinem
contineat, illisque, qui hoc Sacra-
mentum digne recipiunt, vitam æter-
nam procuret. De Confirmatione ait:
*Christus hoc Sacramentum instituit, ut post
Baptisma hoc Sacramento confirmemur ad
pugnam , eoque roboremur: cuius conferen-
di potestas Episcopis a Christo concessa, do-
num Dei est.* Poenitentiæ Sacramentum
necessarium esse declarat illis , qui post
Baptismum peccarunt: *Illa est secunda*
Hist. Eccles. Tom. XXXV. B b post

Sæcul. XVI post naufragium tabula, quæ salutem ope-
 A.C. 1528. ratur, neque enim cor contritum & humiliatum despicit Deus. Confessio autem nec humanum nec recens inventum esse potest, quam Christus Dominus instituit, & præcepit, ac tot tantisque fulcitur Scripturarum oraculis, & per Apostolos ad nos usque deducta, atque ab universali Ecclesia inviolabiliter observata fuit. unde a cunctis Christi fidelibus seculanda. Unctionis vero extre-
 mæ Sacramentum Christus apud S. Mar-
 cum cap. 6. insinuavit, & S. Jacobus clarius Christi præceptum indicavit: Unde liquido constat, illam etiam ceterorum Sacramentorum instar remissionem peccatorum operari. Denique Matrimonium verum est Sacramentum, per quod conjuges benedictionem cœlestem consequuntur. Qui id negat, inter hæreticos habeatur.

De Sacrificio Missæ.

Undecimum Decretum loquitur de Sa-
 crificio Missæ, quod summopere nobis ne-
 cessarium, tantisque Scripturæ testimonii
 robortum est. Nam Christus accepto pane
 gratias egit, & fregit, deditque discipulis
 suis dicens, hoc est Corpus meum, quod pro
 nobis datur, & ab Evangelicis Sacerdoti-
 bus iugi semper observantia præcipit fieri in
 suam commemorationem. Hoc enim holo-

cau-